

» patienter hoc ferentibus, ipsorum Venetorum inobedientia in
» nullo remittitur, sed in dies magis augetur ita ut ecclesiasticae
» ultionis severitatem exposcere manifeste videantur. Magna sunt
» haec et in oculis omnium notoria, et mucrone severitatis aposto-
» liceae resecanda. Verum longe majus est, quod dux, rogati, con-
» siliarii, senatus, populusque Venetus omni ex parte religionem
» christianam factis ita abnegare audent, ut sedis apostolicae obe-
» dientia in illis nulla penitus vigeat: ecclesiarum cathedralium,
» monasteriorum, dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasti-
» corum provisiones a sede praedicta factas impudenter impedian-
» t, nec possessionem illorum nisi ex arbitrio suo cuiquam dari per-
» mittant: confugientes pro justitia consequenda ad hanc sedem
» apostolicam, quae refugium est oppressorum, quasi reos maximi
» criminis puniant: neque in dicta civitate aut terris illis subje-
» ctis, clericis praecipue et personis ecclesiasticis justitiam nisi
» pro libito voluntatis eorum ministrari patientur: nulla rescripta
» aut litteras apostolicas nisi ipsis annuentibus executioni mandati
» permittant: clerum et ecclesiasticas personas et pia loca gravis-
» simis impositionibus, decimis atque oneribus usque ad sanguin-
» nem excorient: praelatos, clericos et religiosos nulla ordinis,
» dignitatis aut religionis habita ratione in exilium et nonnum-
» quam in carcерem mittant: et ita abrupto cuique sacrae legis
» vel canonis vinculo praecipites feruntur, quod nullam legem im-
» positam sibi fuisse aut imponi posse, elata cervice praesumere
» videantur. Haec autem omnia ita in oculis omnium patent, ut
» assiduis querelis regum, principum, cleri et populi, et praeser-
» tim subditorum suorum, plurimum quotidie excitemur ut ipso-
» rum Venetorum ambitum, apostolicae majestatis et nostrum con-
» temptum, quibus se extollunt, effrenatam peccandi et quod libi-
» tum fuerit licitum faciendi licentiam canonica ultione compri-
» mere ulterius non tardaremus, ne quod ex solita benignitate no-
» stra et hujus sanctae sedis censura ecclesiastica illos persequi-
» omisimus, expectantes ut resipiscerent et ad eor redirent,